



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Nomenclator Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium Qvi  
Ab Anno Christi Millesimo quippiam commentati sunt, Sev  
Ab Eo Tempore quo Pontificis electione ad eos tantum ob  
Romani cleri multitudinem ...**

**La Roche-posay, Henri-Louis Chasteigner de  
Tolosae, 1614**

A Gregorio XIII. Creati.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10735**

## A GREGORIO XIII. CREATI.

RENATVS BIRAGVS Mediolanensis Cardinalis. Orationem Blesis habuit in Conuentu ordinum Gallia anno 1577. ibidem typis mandatam, eiusque vita à Ioanne de Maumont accuratè conscripta est. Lutetia in æde S. Catharinae iacet cum hoc Epitaphio.

*Renato Birago Patricio Mediolanensi, multis & summis dignitatibus functo, tum Francia Cancellario, ac demùm S. R. E. Cardinali, Francisca filia unica & Cæsar Biragus agnatus mestissimi non memoria, sed desiderij perpetui monumentum hoc P. C. Vixit annos 60. dies. 20. Obiit 7. Kal. Decembris. 1583.*

CAROLVS A LOTHARINGIA Cardinalis de Vaudemont, scripsit

De Ecclesia disputationem in Theses distributam, quam in Academia Mussipontana doctioribus quibuscûque in arenam vniuersim prouocatis, vt Theologiae Scholasticae gloriâ nitesceret, publicè propugnauit. Obiitque Tulli nondum adultâ ætate. Anno 1587.

IOANNES ANTONIVS FACHINETVS Bononiensis Cardinalis, ob eximias animi dotes Pontifex Maximus consalutatus, Innocentii 9. nomen assumpsit, scripsitque.

Moralia quædam.

Aduersus Machiauellum. Et

In libros Politicorum Platonis nonnulla quæ apud hæredes latent. Obiit valetudine morbis ex-  
erita, anno 1591.



IULIUS CANANIUS Ferrariensis Cardinalis, & Episcopus Hadriensis. scripsit

Constitutiones Ecclesiæ Hadriensis iampridem editas. Obiitque Ferrariæ an. 1592. Ibidem apud Prædicatores sepultus.

AVGVSTINVS VALERIVS Venetus Cardinalis multa edidit ab ipsomet authore, hoc ordine digesta, cui insistere mearum partium esse duxi.

Oratio in funere Lazari Bonamici, eius Præceptoris.

Oratio in funere Petri Landi Ducis Venetiarum.

Oratio in funere Marci Antonii Triuisani Ducis Venetiarum.

Oratio in funere Francisci Donati Ducis Venetiarum.

Epistola consolatoria ad M. Antonium Genuam in obitu eius filii anno ætatis 20.

Libellus inscriptus Petrus Franciscus Contarenus Patriarcha, anno ætatis 25.

Somnium ad Marinum Grimanium ad imitationem Somnii Ciceronis, anno ætatis 25.

Itinerarium post reditum Romam, vbi fuerat cū auunculo Legato à Republica misso, ad obedientiam præstandam Paulo 4. Summo Pontifici.

Libellus ad Leonardum Donatum inscriptus, Qua ratione in Aristotele esset versandum.

Libellus contra Barbariem.

Panegyricus Reip. Venetæ ad Aloysium Contarenum, anno ætatis 25.

Libellus inscriptus de studiis in quibus Venerus adolescens potissimum deberet versari ad A-



- Ioyfium Contarenum  
Libellus de moribus qui in Veneto laudantur ad  
Bernardum Zane.  
Libellus de scribendis Epistolis ad Gasparum  
Contarenum.  
Libellus hortatorius ad Iustinianum Contarenum.  
Opusculum de ratione studiorum ad Laurentium  
Priolum.  
Libellus de Tempore.  
Libellus de Loco.  
Meditatiunculae quaedam anno ætatis 28.  
Præfationes nonnullæ habitæ in Gymnasio Ve-  
neto cum delectus fuit à senatu ad Philoso-  
phiam nobilibus adolescentibus explicandam.  
De recta philosophandi ratione lib. 2.  
De conficiendis commentariis ad Aloysium Cō-  
tarenum.  
De Ambitione Dialogus ad Ioannem Grittum.  
Epistola in laudem libri Hieronimi Osorii de Iu-  
stitia.  
Libellus quo probat refelli posse argumenta qui-  
bus Aristoteles probat mundum esse æternum.  
Libellus de animorum immortalitate.  
Libellus hortatorius ad Nicolaum Barbadicum,  
vt more maiorum Venetiis causas ageret.  
Libellus ad eundem de Consolatione in fratris  
morte.  
Opusculum ad Iulium Guidam, in quo Iuris Ci-  
uilis & Canonici studium, philosophiæ studiis  
præfert.  
De Consolatione in quocunque casu. Opus non  
absolutum.



Dialogus de fugiendis honoribus ad Bernardum  
Naugerium Auunculum.

Conuiuium noctium Vaticanarum Romæ.

De utilitate quæ ab illis, qui Romæ viuunt perci-  
pi potest, ad Carolum Cardinalem Borrho-  
mæum.

Epistola consolatoria ad eundem in obitu eius  
fratris.

Translatio in latinum Libelli S. Bazilii de virgi-  
nitate, non absolutum an. 1562.

De consolatione Ecclesiæ.

Sermones quamplurimi Italico sermone, habiti  
Veronæ in congregationibus, in Synodis, in  
uisitacionibus, ad Moniales. &c.

Sermones ad populum ex suggestu in Ecclesia  
Cathedrali Veronensi.

De disciplina Acolytorum libri duo editi.

Opusculum de Legatione ad Aloysiũ Contarenũ.

Libellus ad Nicolaum Thomissum Polonũ qua-  
tenus cum hæreticis esset versandum.

Vita Cardinalis Nauagerii auunculi ad Ioannem  
Aloysium eius fratrem.

De Rhetorica Ecclesiastica libri tres editi.

Prælectiones tres ad Rhetoricam, editæ.

Libellus de nefario ausu in Cardinalem Borro-  
mæum.

Episcopus ad Cardinalem Borromæum editus

Homiliæ plusquam centum in Euangelia secun-  
dum ritum Ambrosianum.

Libellus de amissa Nicosia ad Philippum Moce-  
nicum, Archiepiscopum.

Cardinalis ad Cardinalem Caraffam.



Libellus in quo complexus est omnia quæ acciderunt Veronæ tempore pestilentiaë editus anno 1575.

Liber de statu earum quæ virginitatē custodiunt, ad Donatam sororem

Ad Dominā Adrianā de viduis. } Italicâ linguâ.

Liter de statu Monialium ad Moniales Veronenses. Italicâ linguâ.

Liber de conscribenda historia ad Aloysiū Contarenum equitem. Italicâ linguâ.

Libellus ad Nicolaum Barbadicum, quâ ratione Bayli munus pro Republica Veneta Bizantii obeundum sibi esset.

Libellus inscriptus Memoriale ad Aloysium Contarenum equitem. Italicâ linguâ.

Libellus ad Iacobum Surianum Congregationis Theatinorum, in quo ostendit rationibus quâ plurimis Religiosorum vitam Senatoriæ vitæ præferendam esse. Italicâ linguâ.

Epistolæ nonnullæ hortatoriæ ad Iacobum Fofcarenum, totius Dalmatiæ Præfectum. Italicâ linguâ.

Epistolæ aliæ, vel potius libelli ad eundem Præfectum insulæ Cretæ.

Liber inscriptus, cur constitutiones non ediderit.

Epistolæ pastorales Italicâ linguâ initio visitationū Dalmatiæ, Istriæ, Venetiarum, Patauif & Vincentiæ.

Constitutiones ad vsum Prouinciæ Dalmatiæ.

Aliæ ad vsum Istriæ.



- Liber paræneticus constitutionum Venetarum.  
 Opus magnum in nouemdecim libros distinctum, seu Historia de rebus gestis Venetorum de adulterinæ Prudentiæ regulis vitandis, siue de politica prudentia cum Christiana pietate coniungenda ex veterum potissimum historiis ad fratris & sororis filios.
- Homiliæ quadraginta & quatuor ampliùs in Passione Domini.
- Libellus de Episcopis Veronensibus.
- Concio de onere Cardinalatus, habita ad Veronensem Populum in Ecclesia Cathedrali die Sanctorum Innocentium, quo biretum rubrum insigne Card. ei allatum est.
- Litteræ quamplurimæ ad Cardinales, Episcopos, Principes, Venetos Senatores, & alios quamplurimos.
- Homiliæ in passione Domini auctæ.
- Vita Cardinalis Sanctæ Prædix edita.
- De occupationibus Diacono Cardinali dignis ad Federicum Cardinalem Borromæum.
- De consolatione Ecclesiæ ad Alcanium Card. Columnam libri sex.
- Opusculum ad Federicum Card. Borromæum, quatenùs fugiendi sint honores.
- De vtilitate capienda ex corporali ægritudine, ad Card. Sfortiam.
- Opusculum de cautione adhibenda in edendis libris ad Syluium Antonianum postea Cardinalem.
- Opusculum de inuestigandis remediis tentationum Pastoralium ad Nicolaum Sfondratum.



- Cardinalem Cremonę, qui postea fuit Pontifex Maximus Gregorius 14.
- Somnium in conclavi quando creatus fuit Urbanus 7. Pont. Max.
- De utilitate capienda ex conclavi.
- Somnium de Carolo Card. S. Praxedis.
- Libellus italicâ linguâ ad Albertum Episcopum Famagustanum, & coadiutorem Veronę, qui inscribitur Instructio.
- Somnium in ædibus S. Praxedis ad Federicum Cardinalem Borromæum.
- De benedictione agnorum Dei ad Gregorium 14 Pont. Max.
- Libellus consolationis ad eundem Gregorium 14. pont. Max.
- De postremo sermone Gregorii 14. Pont. Max. ad Cardinales habito.
- Dialogus de lætitia Christiana.
- Soliloquium in cōclavi, in quo creatus fuit Clemens 8. Pont. Max.
- Commentarius Visitationis Clem. 8. Pontificis Maximi.
- An aliquid addi posse videatur libro de sacri consistorii cōsultationibus Cardinalis Paleoti
- De Senectute recreanda ad eundem Card. Paleotum.
- Quod oporteat semper orare præsertim pro Romano Pontifice Christi Vicario.
- De senectute mundi.
- De utilitate ex dono lacrymarum.
- De comparanda & tuenda boni principis existimatione ad Ducem Vrbinatem.



De occultis Dei beneficiis.

Qua ratione monendi sint detrahentes Reip. Venetæ.

De cautionibus adhibendis his temporibus à Clericis in disputando.

Cauendum esse ne quispiam sibi ipsi nimium credat ad Federicum Cardinalem Borromæum.

De cauta imitatione sanctorum Episcoporum ad eundem.

Libellus consolatorius ad eundem de obitu matris.

De memorabili die 17. Septemb. anno 1595. ad eundem.

De paterna charitate Clementis 8. Summi Pontificis erga amplissimum Galliarum Regnum.

Historia anni Iubilæi 1600.

Apologia ad Veronenses.

Homiliæ centum ad usum Parochorum Mediolanensium, sed duodecim tantum repertæ.

Homilia in festo S. Martini.

Homilia in festo S. Andrææ.

Homilia in festo S. Antonini.

Homilia in festo S. Cæcilie.

Homilia in festo S. Romani.

Homilia in festo S. Ambrosii.

Homilia in festo S. Clementis.

Homilia in festo S. Nicolai.

Homilia in nocte Natiuitatis Domini nostri

IESV CHRISTI.

Homilia in aurora Natiuitatis Domini nostri

IESV CHRISTI.

Homilia in Dominica 4. post Epiphaniam.

De



De eximia Clem. 8. humanitate & iudiciis plurimis paterni amoris erga Rempublicam Venetam ad Bernardum Valerium.

Quod cum animi tranquillitate in vocatione in qua quis vocatus est, manendum est, ad Augustinum Valerium fratris filium.

De reuerentiâ & obedientia erga Romanum Pontificem Christi Vicarium

Dialogi decemnouem dierum Canicularium habiti in aula magna S. Marci Romæ. Obit Romæ 24. Maii. 1606.

ALBERTVS BOLOGNETVS Bononiensis Cardinalis, scripsit

De lege, iure & æquitate iustum volumen.

Commentaria ad Rebuffi §. de verborum obligationibus.

Et alia quædam. Obit in Oppido Germaniæ Vvilach anno 1585. Iacetque Bononiæ in cede S. Mariæ seruorum cum hoc Epitaphio.

*D.O.M. memoria Alberti Bologneti Francisci Senatoris filij literis, prudentiâ, atque omnibus christianis virtutibus clarissimi, qui legum scientiam Bononiæ & Salerni summa cum laude professus, à Gregorio 13. Pont. Maximo Romam euocatus, primum inter V.S. Referendarios ascribitur, mox Florentiam, tum Venetias, ubi Massæ Populoniæ Episcopus creatur; Postremo ad Stephanum primum Poloniæ Regem Legatus, in amplissimum Cardinalium ordinem cooptatur. Inde Romam ad nouum eligendum Pontificem contendens, febris in itinere correptus in Germaniæ oppido Vacorio sanctissimè in Domino quieuit 1585. Vixit annos 46. Menses 9. dies 21. Alexander Bolognetus Senator, Fratris opt. meriti ossibus in auita sepulchra translatis, monumentum hoc P.C.*